

BIBLIOTHEC • ANNABERGENS •

D:
AUTOR.

679

V. u. H.

81^b

REFORMATIONEM RELIGIONIS BVCHHOLZII FACTAM

BREVITER EXPONIT,

45

SIMVLQVE

**MAECENATES,
FAVTORES AC PATRONOS**

BONARVM LITTERARVM,

VT

ORATIONES VALEDICTORIAS

CHRISTIANI GOTTLOB BIEDERMANNI, Annabergens.

CHRISTIANI GOTTLOB SPINDLERI, Buchholdini.

GOTTFRIED AVGVSTI MATHESII, Chemnicienf.

H. L. Q. C.

D. XXIII. APRIL. MDCCCLVI.

AVDIRE BENEVOLE VELINT,

CVM CIVIBVS VRBIS

OFFICIOSE, HONORIFICE AC PERAMANTER

INVITAT

ADAM DANIEL RICHTERVS, RECT. SCHOL.

REGIÆ SOCIETAT. REGIOMONT. TEVT. SOD LIS.

ANNABERGÆ,

EX OFFICINA AVGVSTI VALENTINI FRISII.

XLIII.

245

INFORMATIONEN BEZÜGLICH DER VERFAHREN

VERFAHREN

5

MADE IN GERMANY

FAVORITE

ILLUMINATION

OF THE

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

ADAM DANIEL RICHTER

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

CHRISTIAN

De Reformatione religionis in oppidulo Buchholz, prope Annabergam
sito, accepta et stabilita dicturus, duo quidem religionis tempora,
vnum verae, alterum fictae, quam antiquam dixerunt, humani in-
genii commentis adulteratam, separatim consideranda constituere pos-
sem, si libellus mihi iam conscribendus esset. Sed quum satis constet,
quod ante Reformationem omnis salus in operibus quaesita sit, quod
per indulgentias, aere partas, peccata expiari falso crediderint, quodque sanctos in
caelitum numerum euectos, et praesertim in oppidulo Buchholz Diuam Catharinam
adorauerint, itaque non necesse est, vt de his et aliis multis et diuersis, quae pro mo-
re seculi etiam in hoc loco superstitiosa olim obtinuerunt, in hac non admodum capaci
pagina pluribus exponam. Rem igitur statim ab initio et progressionem exordiar cul-
tus Euangelici, qui in hoc oppidulo metallico, quoniam sub ditioe Electoris erat,
viginti annos ante, quam apud nos Annabergae, quae quidem nostra vrbs sub im-
perio GEORGII Ducis, magni doctrinae Euangelicae aduersarii, misere coercebatur,
exerceri coepit. Quamprimum enim doctrina Euangelica Schneebergae praedi-
cabatur et ab incolis accipiebatur, itidem postea ciues huius oppiduli, quum Schnee-
bergenensis colonia esset, illam adamare coeperunt, Matthia praesertim Buschio in-
stigante, fodinarum in hoc oppidulo tunc praefecto, viro purioris doctrinae atque
Euangelii amantissimo, et qui solus incolis huius oppiduli omnia erat, id quod Ex-
cellentissimus Vit. Ludou. a Seckendorf in historia Lutheranismi L. I. Sect. 45. §. CX.
ex Archiuo Vinariensi adnotauit: Annaebergae vrbs a GEORGIO Duce non diu ante
condita, in magno tunc, ob rei metallicaе vberimos prouentus, flore erat; tanto
magis curae fuit Principi, ne Lutheri dogma in ea propagaretur. Habebat autem
Electoꝝ vicinum oppidulum Buchholz, ibique praefectum fodinarum Matthaem
Buschium, Euangelicae doctrinae valde studiosum; eo magno numero excurrebant
Annaebergenses. Seuere igitur iniunctum est a GEORGIO omnibus, vt id intermit-
terent. Quoniam autem Annaebergenses nihilominus eo perueniebant, et incitato
animo Euangelii doctrinam appetebant, Buschius inde Bucholdinus, iam nominatus,
litteras tandem mense Iulio a. 1524. ad Electorem misit, ex quibus idem Excel-
lentissimus Vit. Lud. a Seckendorf, itidem in Archiuo Vinariensi inuentis, ibidem
refert, quod Buschius ad Electorem scripsit, iussu GEORGII nuper monachum captum
fuisse, qui praedicare Annaebergensibus ausus erat, liberatum tamen compertum esset,
eum in valle Ioachimica, (in regno Bohemiae sub comite Schlickio,) concionatoris
officio fungi. Venisse postmodum ad se alium monachum, vero nomine Fride-
ricum, in monasterio autem Franciscum dictum, cognomento Mecum,
quem Vinarienses monachi, spreto Iohannis Ducis mandato, Isennacum miserint,
inde Lipsiam amandatum, et porro iussum, vt Annabergam iret; (vbi scilicet an-
tehaec cum fuisse intelleximus,) sed cum deprehendisset, se ad vincula destinari, au-
fugisse in itinere et ad Buschium venisse, ab hoc Zwicauiam esse missum. Postea
itidem ad se amicitiae et communis fidei causa aduenisse Torgauia Wenceslaum Linc-
cium et Gabrielem, cuius mater in valle Ioachimica habitaret; (Didymum
intelligit,) eos festo Iohannis Baptistae concionatos esse, illum ante, hunc post
meridiem. Cum vero hic parua statura et exili voce esset, templum ve-
ro altum, auditores omnes ex subselliis suis surrexisse, et ad pulpitem ac-
cessisse, tantaque eum attentione auscultasse, vt integrum diem perseueraturos in
concione.

concione eos fuisse crederet. Locutum autem esse Gabrielem de fide et praedestinatione. Rogatum a ciuibus fuisse vt maneret, dum Lutherus alium, vt promiserat, missurus esset. Dein d. 2. Iulii Myconium (siue Mecum) concionem habuisse, totamque scripturam percurrentem de peccato, de fide, spe et charitate excellenter dixisse. Adfuisse duos Senatores Annaebergenses, vt, qui ex suis ciuibus adessent, obseruarent: supra mille autem tunc ex illis adfuisse. Iam Buchholtianos flagitare, vt Fridericus ille Myconius pastor suus fieret, Iohannem vero Ducem eum Gotham vocasse. Addit, Georgium, vt Annaebergenses ab excursionem arceret, monachum nuper aduocasse, qui Euangelicam doctrinam ab initio proposuerit, magno cum applausu, sed cum non multo post praua immiscuisset, (habe Gift spüren lassen,) deprehensam esse fraudem a ciuibus iam non imperitis. Renouatum tamen d. 26. Iulii a GEORGIO interdictum fuisse, et mandatum, vt ii, qui posthac excurrent, in arcem Schelleberg, (ea nunc Augustoburgum vocatur, a nomine AUGUSTI Electoris, noui palatii conditore,) captiui abducerentur. Post hanc Electori a Buschio traditam relationem adnotatum ibidem legimus, quod paulo post in legatione GEORGII mense Augusto, (statim insequenti scilicet, legati autem erant Henricus a Schleiniz et Georgius a Carlowitz,) ad Electorem et fratrem missa, exoptulatum etiam est de duobus monachis in Buchholz, quorum alter monachem duxisset. Monachus autem ille, maritus factus, certe non alius quisquam, nisi supra iam nominatus Wenceslaus Linckius, Colditii natus, esse potest, prouincialis Augustinianorum Vicarius per Saxoniam, antea Norimbergensis coenobii, eiusdem ordinis, Socius et praedicator; qui ao. 1522. Altenburgum venit, et ibi primum, quia Canonici resistebant, sub tilia, quae ante Hospitale magnum erat, dein in domo ciuis cuiusdam in foro, inde in Franciscanorum et tandem in templo parochiali D. Bartholomaei conciones habuit, et anno 1523. in Quadragesima sacramentum Eucharisticum sub vtraque specie paucis aliquibus, id petentibus, exhibere coepit. Hic enim anno sequenti vxorem duxit, praesente et consecrationem peragente Luthero, qui id pro miraculo habuit, et gaudere se scripsit, quod tanti viri nomen stultum fiat in confusionem falsae continentiae, vid. Seckend L. I. Sect. 53. §. CXXVIII. addit. C. et Sect. 57. §. CLIII. 2. Deinde coniugio facto Wenceslaus ille Linckius anno eodem Buchholzium venit, anno autem sequenti, supra millesimum quingentesimum vigesimo quinto scilicet, Norimbergam auocatus abiit, prius, vt perhibetur, vrbis pastor Euangelicus a Senatu constitutus. Quod Gabrielem Didymum attinet, quem Myconius in Historia Reformationis p. 15. Doctorem et Augustinianorum prouincialem nominat, ipse quidem Lutherus fatetur, eum quidem aliquid peccasse, particeps enim fuerat cum pluribus aliis tumultus Carlostadiani, sed et resipuisse. Post hanc suam resipiscenciam Didymum Lutherus, rogante Senatu, Exmonachum, Altenburgum ablegauerat, qui autem Altenburgo, quoniam ibi non receptus erat, Torgauiam abiit, vbi deinde, postquam per multos annos Pastoris officio ibi functus erat, mortuus est. Hic anno 1537. articulis Smalcaldicis subscripsit. Quum vero Buchholdini hunc Gabrielem Didymum, quanquam erat parua statura et exili voce, tamen rogarent, vt apud se maneret, satis eo ipso indicarunt, quae sibi cupiditas fuerit et desiderium, quo doctrinam Euangelicam amplexi sunt. Et quod procul dubio ad Lutherum scripserint, vt sibi mitteret euangelicum concionatorem, inde patere potest, quia Lutherus ciuibus Buchholdinis promiserat, se aliquem missurum esse. Tandem vero ex his omnibus non difficilis coniectura est, quod tum nondum Pastor ordinarius

Euange-

Euangelicus in hoc oppidulo constitutus fuerit, quamuis libera ibi esset Euangelii praedicatio, quam parochus, qui tunc fuit, pontificiae religioni addictus, quia in oppidulo, sub ditione Electoris constituto, tum auctoritati, qua Matthias Buschius, praefectus fodinarum, multum valebat, cum multitudini metallicorum resistere non poterat, impedire noluit, quum non posset. Et quis demum denegare prorsus audeat, quum illud etiam in aliis plurimis locis vsu venerit, quod ille ipse parochus, catholica, quam vocant, religione derelicta, euangelium concionari coeperit, praesertim quum antiquus et ille primus anno 1510. fabricatus calix adhuc in templo Buchholdino reliquus sit. Quae enim causa esset, cur M. Simon Behemb, Annabergensis, pastoris munere in hoc loco ut fungeretur, non dignus habitus sit, qui certe, ob doctrinam Euangelii in Bohemia Exul factus, quum anno 1523. Buchholzii commoraretur, saepius forsitan, uti alii quidam aliunde aduenientes, in hoc oppidulo ex cathedra sacra Euangelium nunciauerit, et qui deinde anno 1528. in valle Ioachimica puriorem doctrinam concionari coepit. Quantus autem rigor fuerit et saeuitia GEORGI Ducis in eos, qui in his montibus purioris doctrinae cupidi esse incipiebant, id, praeter alia eius hac de causa data edicta, testatur seuerius quoddam eius in eos mandatum, qui Annaberga Buchholzium excurrerant, et quod promulgatum legitur in Constitutione huius Ducis metallica, Annabergensibus anno 1523. praescripta, iam quidem rarissima, in qua Articulus CXXI. ita se habet:

Und wollen erstlich, vnd vormanen alle vnd ihliche vnser getrawe vnterthan, Einwoner, vnd die sich sunst auff dem Berge enthalden, das sie sich die Rawen vngeschicklichsten leeren vnd zwenpaltigkeit, welche durch die, so sich Euangelisch nennen, vnd doch dem Euangelio mit den Bergken nicht nachsetzen, Sonder daselbige mißbrauchen, vnd verfürischer Lehre anhangen, eingefurt, nicht verlaiten noch auff irrige Wege bringen lassen, wie wir denn zu mehrern malen vor auch gethan, Und begern nochmals, das ein yder bey der Verordnung vnd außsetzung der Christlichen Kirchen, wie die von seinen Eldern vnd Vorfahren auff yhn kohnen, bleibe, werden sonder zweiffel dadurch nicht verfurt, Bis so lange ein andre Ordnung, durch Eingebung des Heil. Geistes, in der heyligen Kirchen gemacht, durch göttliche Consilia, wie man die kurtzlich auffzurichten in Arbeit steht, Darbey gedenken wir mit Hülff gottes sampt der vnsern zu bleiben, vnd, ap Gott will, dadurch selig zu werden. Würde aber nymands, wes stands adder Würden er were, anderer rawen weise sich unterstehen, mit eßen ungewönllicher speise in der heyligen zeit, mit Nehmung des heyligen hochwirdigen Sacraments, mit Verachtung der hochgelobten Jungfrawen Maria mütter Gottes, vnd der lieben Heyligen, der heyligen beicht, der heyligen göttlicher Amt, vnd anderer heyligen Sacrament, Oder auch wieder dieselbige Ordnung der christlichen kirchen frevelich mürmeln, reden, singen adder schreiben, so gedencken wirs von yhnen nicht zu leiden noch zu erdulden, Sondern wollen in an leib vnd gutt darumb straffen, darnach sich ein yder habe zu richten.

Zum andern verbieten wir, bey straff an leib vnd gutt, daß keiner hinfürder keine Schandtlid, Sprüch oder Reym, darinnen von nymands geistlichs adder werntlichs Stands ingemein ader insonderheit schmelich gesungen, geredt oder gesagt wirdt, tichten, singen, reymen, sagen, noch auch, ap es im Drugt bracht haben, and in die leute bringen, vnd außbreitten soll, Wie auch ein Wirth im Hauff, ader

247

oder sonst jemandes, von einem solchs hörte vnd innen würde, vnd es als vil an
im nicht erkenne, noch auch unsern Hauptmann oder Bürgermeisters vnd Rath
dieser Stadt ansaget, der soll gleich dem, der dazselbige geticht, gesungen, gereimt,
oder gelesen, gestrafft werden, Und nachdem etliche viel zedein und briese, Schandt-
bücher genannt, haben fallen lassen, und an Orte gesteckt, das sie befunden, vnd
doch nicht also redlich, das sie ihres nahmens hetten vormeldt, und dazu geschrie-
ben, Wollen wir denihenigen, so vns ader bemelten unsern Hauptmann ader
Burgermeistern dieselbigen, so es allbereit gethan, und also in die peen des Rechtens
gefallen, ader künftig thun würden, anzeigen wirdet, reichlichen begnaden, So
soll es Ihme auch ohne das vnauffrücklich vnd legen menniglich vnvorweisslich
sein, vnd darüber von uns geschützet vnd gehandhabt werden.

Sed hoc feueriori interdicto nil impediante Annabergenses summo et accenso
studio, quamuis occulte quidem, nihilominus Buchholziun excurrabant, vt ibi, ad
veritatem caelestis doctrinae, Lutheri ministerio repurgatae, formandi, euangelicas
conciones pronis auribus perciperent. Buchholdini autem ipsi neūtiquam ab Euan-
gelio auocari poterant, quum sub imperio Electoris essent, et in dies magis magis-
que de puriori verbo Dei laetarentur, qui, ista sua salutari cognitione adducti,
vanitates pontificiorum, et falsam doctrinam, contemptim et ludibrio habere complu-
ries audebant. Cuius rei testimonium praebet publicum illud spectaculum, Buch-
holzii anno 1524. institutum, in quo ciues huius loci Bennonis, Episcopi olim Mis-
nensis, relationem in numerum sanctorum, Misniae factam, ludum faciebant, cuius
spectaculi indicium, typis tunc exscriptum, iam autem rarissimum, adiungere lubet,
quod sequens est:

J. N. anno M. D. XXIIII.

Es warf sich in Buchholz zusammen eyn seer großer hauffe hewer vnd iungeß po-
bels, vnd richten einen bischoff zu, machten eine herrliche lebliche proceß, vnd
trugen Fanen von alten faulen betttüchern, setzten bardthütlein vnd hauffstieber auf
für byrret, das man sehe, wie es geistliche gelerten weren. Sie trugen auch ein
offen brettspiel zum Sangbuch, vnd sunge draus, Auch eine Misttrage vnd alte
mollstern, das wirdige heiligthum zu fassen vnd zu heben, weyl da keyne silbern
odder gulden becken vnd Schüsseln zu der zeit vorhanden waren, vnd ennen alten
Fieschkeffel zum Wenhwasser, vnd ennen schönen hymel van ennem besch — fen
grastuch, etliche Mistgabeln, wie die Kerken. Es gieng eine Fiddel vor mit enner
lauffen, zogen also hinaus zu ennem alten Schacht, vnd thetten ihren Gesang,
tratten umbher mit Schauffeln vnd harven, vnd erhuben Bischoff Benno mit gro-
ßen Ernst vnd Andacht, das man sich mocht starr gelacht haben, Sie trugen das
Gebeine auff der Mi- trage, mit Mist vnd alten Belz Flecken zugedeckt, weyl die
gulden vnd Seyden Stück nicht da warn, nemlich ennen roßkopff, einen kynbacken,
von enner Ruhe, zwey roßbeyn, zogen hin neyn auf den Markt, da gieng ein bi-
schoff her, der hatte ennen stroern Mantel, adder korkappen, an, vnd ennen frum-
men Stab, vnd eyne fisch-reihen zum bischoffs huet, wie wol perlen vnd eddel sten-
ne nicht dran waren, tratt auff, vnd that eyne schöne Predigt, vnd verkundet das
heiligthum, nemlich ennen Kynbacken, unnd sprach: O lieben, andechtigen, Sehet,
das

Das ist der heilige A-bäcken des lieben Korschülers zu Meyssen S. Benno. Es goß yder man wasser zu, halbs alles nicht, Wer nur zusah, der must für Andacht lachen, das yhm die Augen troffen, vnd sich segen must. Da verkündigt der Pappst Ablas, vnd vermanet, das man opfern sollt, vnd sungen: lieber Herr S. Benno wone vns bey, etc. Darnach namen sie den Pappst, vnd setzten ihn auf die M — trage, vnd trugen yhn vier empor, kamen mit gesange zu einem Kohrkasten, da warffen sie den Pappst hin nein mit Stul vnd mit allen, darnach seyne treger auch, Es gieng alles so andächtig zu, daß manns nicht schreyben kann. Ettliche aber der bürger erschracken, die noch schwach im glauben waren, vnd regten den bergvoigt an, das er sie hieße auff hören, Sprachen aber, ei wollen denn die Pappisten nicht auff hören, so groblich vnd unverschämt zu narren, warumb sollt man nicht yhrer Narrheit nerisch spotten? Also ist der löbliche Actus zugegangen, Ich habe auch ynn eyner Gesellschaft davon reden hören, das eyner fragt, nu ratet alle, Welche haben des Benno am ergsten gespottet, die zu Meyssen mit ihren heben, odder die ym Buchholz? Da ward geantwortet, das die zu Meyssen hetten den ergisten Spott getrieben, aus der ursache, denn das ym Buchholz ist eyn schymppff vnd Scherz, der niemand geschatt hat, Aber die zu Meyssen haben mit Ernst gespottet, vnd vil leut uns Geld dazu gebracht, Dann es haben ettliche großen des Adells ettliche Thumberren angeredt vnd hart gestraft, warum sie dürstig seyn mögen, eyn solch Affenspiel anzurichten, so sie doch selbst müsten bekennen, das sie ungewiß sind, vnd noch heutiges Tages nicht engentlich wissen, an welchen Ort bischoff Benno begraben liegt, vnd den leuten das Maul mit ungewissen Sachen auffsperrn, Daher viel meynen, Es sey etwa ein Kor Schüler erhoben an Bischoffs Benno Statt, das ist ein ernstlicher schendlicher Spott. Das mugt ir aber mir künlich nachsagen, denn ichs neben viel andern mit Augen kegenwertig gesehen habe, da man den Benno zu Meyssen erhub, das seyn haubt nicht wol zwö Feust groß war, vnd seyn gebeyn vnd roren so kleyn, das wo manns het zusammen gesetzt auff eyinander, solit der ganze lenb eynem Mann kaumet an die hüffte geronchet hoben, Es war feyn Manns Gebeyne da, an eyn Schulter blatt, welches vielleicht dazu gelegt ist. Gott gebe, das der Benno yrgend eyn iunger Marggraff zu Mayssen gewesen sey, dann doch sonst eyn gerucht gehet, das er eyns Marggraffen son sey, ettliche sagen, eyns Wendischen baweres Son. Also treibt der Teuffl seyn Affenspiel mit Gottes Namen vnd dienste. Dis stückle last nicht aus ewer Cronica fallen.

Ultima verba huius epistolae satis docent, quod auctor hoc suum iudicium ad virum quendam eruditum, qui chronica scribere tunc instituebat, pluribus perscripsit, et quem nominat suum prope singularem Dominum et amicum Constantiae. Quoniam autem Buchholdini iam tunc temporis, cum metallici tum alii homines, non ita insipientes erant, vt nugae papisticas crederent, imo vero ad puriorem doctrinam Euangelii ita perspecte sapiebant, vt fabulas fictas et commentitias audacter irriderent, iccirco minime miram nobis videri debet, quod Buchholzium eo tempore ab aduersariis non nisi spelunca haereticorum appellatum sit.

Et haec est breuissima expositio de Reformatione Religionis olim Buchholzii facta. Accedo nunc ad tres Iuvenes, moribus, litteris et doctrina ornatissimos, ad
Aca-

Academiā iam abituros, qui sub discessum suum verba publice facere et scholae nostrae suum vale dicere volunt. Ex his

I. CHRISTIANVS GOTTLOB BIEDERMANNVS, Annabergensis, viri Praenobilissimi, Dn. BIEDERMANNI, Iuris Consulti facundissimi, Accisforum vectigalium Inspectoris clarissimi, vrbisque nostrae et Senatus Syndici longe meritissimi, filius optimus, qui, a iuuentute statim scholae nostrae traditus, eleganter profecit, adolescens bona indole praeditus, *varia numina rei frumentariae, quae Roma gentilis et antiqua olim coluit*, Oratione Latina exponet, et patriam deinde *carmine* valere iubebit *vernaculo*.

II. CHRISTIANVS GOTTLOB SPINDLERVS, Buchholdinus, viri Plurimum Reuerendi, Dn. SPINDLERI, Magistri artium et Pastoris in hoc oppidulo meritissimi, inculpati sacerdotis, filius nati minor, ciuibus Lycei nostri abhinc VII. annos adscriptus, adolescens bonus, pius, diligens et religiosus, *quatuor requisita veterum in conuiujs* plenius demonstrare conabitur Oratione Latina, et valedicet *carmine germanico*.

III. GOTTFRIED AVGVSTVS MATHESIVS, Chemniciens. viri Praenobilissimi, Dn. AVGVSTI MATHESII, Consulis apud Chemnicienses grauissimi, filius amantissimus, nostrae animi curae Anno MDCC LII. Mens. Sept. commissus, adolescens liberaliter instructus et bonae frugi, *frugalitatis*, quae virtutum foecundissima mater est, *dignitatem* collaudabit, post *carmine teutonico* vale nobis vltimum acclamaturus.

Nos dignos laude et amore Iuuenes, conferentes se iam nunc, primum et tertium, iuris legumque prudentiae studiosos, Lipsienses, secundum autem, studio ductum Theologiae, Wittenbergenses Athenas, precibus votisque bonis prosequimur, quod idem faciet

CAROLVS CHRISTIANVS GENSELIVS, Annabergens. iuuenis bona spe et animi et ingenii praeditus, quum in ordine suo, quem in schola nostra post BIEDERMANNVM nostrum, breui non nostrum, habet, *de diuersis in animis hominum moribus terraemotibus, quibus, praeter alia multa loca, Lisboa huc vsque quatitur, concitatis* prius dixerit Oratione germanica, abiturientes amicos suos publica acclamatione comitaturus, et, vt omnia eis cedant prospere, *carmine vernaculo* a Deo precaturus.

Hos igitur Iuuenes vt PATRONI, FAVTORES et Amici scholarum et bonarum artium cum Ciuibus vrbis beneuole audire velint, enixe, decenter ac summo opere oro, quo suo beneficio non Iuuenes solum afficient, sed illud nobis etiam imputare poterunt. Scr. Annabergae d. xxii. April.

M D C C L V I.



05 81

10
37
38
39
40
41
42
43
44

28.03.90
06.03.90

3A 5085 (R.S.)

berich
371XIII 03

